



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Auxibius E. 19. Februarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

S. AUXIBIUS E. 19. Februarii.

**A**VXIBIO patria Roma fuit; natales & census patritiū; indoles à primis annis in Christianam religionē prona. Tam nobilem civem in exilium, qui minimè debebant, parentes egerunt. Cūm enim nuptias, ad quas hi pro imperio cogere velle videbantur, non posset aliter quam fugā declinare, in Cyprum abiit felicissimus exul. Nam fausto pede cūm in Marcum Barnabamque offendisset, ab illo fonte sancto tintitus & Christianis junctus est. Mox doctor pietatis ex discipulo factus, eūm primitias Deo sacrificulum Iovis peperisset, à Paulo magno Episcopus Soluntis est creatus. Mira dictu res. Unicus Christi miles. AVXIBVS totam sub jugum Evangelii urbem misit, & ne AVXIBIO careret, alterum Auxibium accivit, & successorem in munere legit, consilium Deo probante. Nam fuit cūm sub arbore somnum cepit hic Auxibius, & noster superveniens spectavit ingens formicarum agmen à latebris suis ad dormientē iter instituere, vatesque futuræ dignitatis caput ejus in coronæ formam ambire. Itaque Auxibio insulam reliquit AVXIBVS moriens. Tumulum ejus asylon ajunt fuisse morbidorū. Quin cūm ad hunc è Papho accurrerent XL. ab orco infisi, obvius ipse AVXIBVS his prodiit, & cedere sibi, ut æquum erat, è via dæmones fecit. Ex Surio.

*Quid cum terrâ illi, qui possidet cælum? quid illi cum humanis, qui indeptus est divina? nisi fortè placent gemitus, eliguntur labores, amantur pericula, pessima mors delectat, & illata mala bonis sunt gratiora collatis. S.Pet.Chrys.serm.25.*

B. CON-